

PRAEFATIO ED. II.

Contra satis notam perfectionis definitio-
ne in usitata denuo reperitur obiectio, esse
nonnunquam consensum variorum ad unum,
e. g. succorum humani corporis ad mor-
tem, ventorum ad euertendam domum con-
spirationem, neque tamen ibi perfectio-
nem esse. Non negauerim, me quoque,
quum ontologicis primo curatius adiicere in
animalium, parum abfuisse, quiu definirem
perfectionem per consensum realitatum ad
vniam, et tunc, nisi totus fallor, in his me-
lius mihi conuenisset cum V. C. Verum et
hic exponam, cur *Ill. Wolffii* non mutave-
rim definitionem. Quum enim nunc i-
terum, vt supra in conceptu confusionis,
non a me inuentae, sed ab isto non sine
gratiis acceptae definitionis reus agar, li-
ceat vtramque defendendo declarare, num
ex mutandi nouandique libidine res aliquas
aliter nonnunquam definiuerim, an perpen-
fis subductisque retinendae vel immutandae
definitionis rationibus. Forsan aequus in-
de iudex colligat, publici iuris consultissimum,
virum *Job. Iac. Moser*, non in sola aetate mea
narranda errasse, quando ipsi placuit mei men-
tionem iniicere in ipsius *Gedanken von der*
Verbindung der Weltweisheit, besonders
der Wolfischen mit der Theologie, §. 6.
Probaui in his meis oīne ens esse reale, §.
136. probaui realitates non posse consentire,
b nisi